Quelle:
Copyright:

sancti Georii incluse sunt...recondite. Item Georii martiris. Item de panno sangwine domini madefacto. Item de ligno sancte crucis. Item de vestimento sancte Marie virginis. Item Johannis waptiste. Item beatorum apostolorum Petri et Pauli, Andree, Jacobi, Johannis evangeliste, Philippi, Bartholomei, Mathye, Luce evangeliste. Item beatorum martirum Stephani Prothomartiris, Laurentii, Pangracii, Urbani epi., Blasii epi., Syxti pape, Panthaleonis... Viti(?), Theodorii... sancti Georii, Ruffi, Lamberti, Cholomanni, Sebastiani, Stephani pape, Thome de Anglia, Mauricii, Cyriaci, Udalrici, Valentini, Allexii, Gothardi, Materni, Egidii, Leonardi, Anastasii, Hainrici regis. Item virginum et viduarum Margarethe, Agnetis, Katerine, Juliane, Cecilie, Agathe, Ursule, Gerdrudis, Marie Magdalene, Felicitatis, Chunigundis, undecim milium virginum.

Notabile pro memoria in futurum ex parte anniversariorum in Stetzendarff anno M°CCCC°XXXI^i super hoc:

Item Johannes Kuchinger unacum matre sua Katherina nomine de beneplacito peragit anniversarium patri suo Pauli Kuchinger pie memorie feria III post pasca.

Idem peragit anniversarium dominica secunda post pasca suorum predecessorum qui iacet super fundo sive curia sua ex una parte per duos videlicet annos immediate tercio autem Kuchinger anno ex alia parte eiusdem curie anniversarium eundem tenetur peragere frater suus Martinus. Item idem Martinus Kuchinger tenetur peragere alium anniversarium suorum predecessorum, qui processit de Weinhart Grestner de Welmickch et iacet sive testatus est super IX iug. agrorum. Item filius Wolfhardi de Weygling una cum matre sua peragit de beneplacito anniversarium patri suo antedicto dominica secunda post pascha. Item Katherina Öttlin tenetur peragere duos anniversarios qui testati sunt et iacent super una vinea am Schawrperkch et sunt tria quartalia nomine Secz. Item eadem Katherina de beneplacito peragit anniversarium alium mariti suo